

FLORA.

65. Jahrgang.

N^{o.} 33. Regensburg, 21. November 1882.

Inhalt. Dr. J. Müller: Lichenologische Beiträge. XVI. (Schluss.) —
Dr. Carl Kraus: Untersuchungen über den Säftedruck der Pflanzen.
(Fortsetzung.) — Vereinsnachricht. — Anzeige.

Lichenologische Beiträge von Dr. J. Müller.

XVI.

(Schluss.)

535. *Melanographa* Müll. Arg. gen. nov. Omnia ut in genere *Opegrapha*, sed sporae fuscae v. fuscescentes. — Tales sunt sporae normaliter evolutae que non confundendae cum hyalinis *Opegraphae*, vetustate saepe fuscescentibus et plus minusve deformibus. — Hujus generis sunt:

M. interalbicans; *Opegrapha interalbicans* Nyl. in Prodr. Nov. Gran. p. 92, in Nova Granata.

M. tribulodes; *Opegrapha tribulodes* Tuck. Gen. p. 199, in Texas.

M. oulocheila; *Opegrapha oulocheila* Tuck. Calif. p. 32, in Carolina.

M. diplasiospora; *Opegrapha diplasiospora* Nyl. in Prodr. Nov. Gran. p. 92, in Nova Granata.

M. lentiginosa; *Opegrapha lentiginosa* Leight. Monogr. of Brit. Graph. p. 26, in Anglia.

M. microphlebia; *Opegrapha microphlebia* Nyl. Lich. Husn. p. 16, in insula Guadeloupe.

M. hysteriospora; *Opegrapha hysteriospora* Leight. Lich. Amazon. p. 455, in Brasiliae regione amazonica.

M. chionographa; *Opegrapha chionographa* Nyl. in Prodr. Nov. Gran. p. 91, in Nova Granata.

536. *Melanographa microcarpa* Müll. Arg. Thallus in cortice vix perspicuus; apothecia sessilia, ellipsoidea, elevato-convexa, recta, dimidio v. subduplo longiora quam lata ($\frac{1}{4}$)¹₃— $\frac{3}{5}$ mm. longa, laevia et atra, nitidula, rima angustissima, ob labia coniventia occulta; perithecium crasso-integrum; lamina hyalina; asci angusti, 8-spori, circ. 60 μ longi et 12 μ lati, apice pro genere modice pachydermei; sporae subbiseriales, pallide fumoso-fuscae, 3-septatae, 17—18 μ longae et 5 $\frac{1}{2}$ μ latae, loculi sat aequales. — Species exigua, minute hysteriiformis. — Corticola prope Parametta in Australia austro-orientali: Woolls.

537. *Melanographa leucina* Müll. Arg. Thallus albidus v. flavescenti-albidus, effusus, tenuis, sublaevis; apothecia *Lecanactidium* more et suborbicularia et gradatim elongata, sessilia, $\frac{2}{10}$ mm. lata, saepius $\frac{1}{2}$ —2 mm. longa, longiora recta aut varie curvata, simplicia aut depauperato-ramosa; perithecium nigrum, integrum, basi crassius, margines nigri, apice et extus nudi, superne subdivergentes, epithecium angustum, strato crasso albo tectum; sporae octonae, fusciscentes, 18—21 μ longae, 6 $\frac{1}{2}$ μ latae, digitiformes, utrinque obtusae, recte 3 septatae, ad dissepimenta paullo constrictae. — Species sat insignis, prima fronte quasi formam exiguam tenellam *Graphidis Afzelii* simulans, caeterum habitu etiam nonnihil ad *Opegrapham Martii* Nyl. accedens. — Corticola prope Toowoomba in Queensland: Hartmann.

538. *Glyphis Kirtoniana* Müll. Arg. Thallus macularis, effusus, laevis, flavescenti-pallidus; stromata juniora bene distincta, convexa, thallo pallidiora, demum minus distincte prominentia, 1—2 $\frac{1}{2}$ mm. lata, orbiculari-angulosa, confertim lirelligera; lirellae divaricato-ramosae, radiantes, extus intusque nigrae, rami vulgo obtusi; margines prominentes, perithecium completum sed tenue, nigrum; discus planus, subdepressus, subnigro-pruinosis, apertus $\frac{2}{10}$ mm. latus, madefactus non pallescens, nec intumescens; lamina hyalina; asci 8-spori; sporae fusciscentes, 20—22 μ longae, 8—9 μ latae, utrinque obtusae, 4-loculares, loculi duo intermedii lentiformes. — Inter *Gl. confluentem* Zenck. et *Gl. medusulinam* Nyl. (Prodr. Nov. Gran. p. 108) medium tenens, junior illi, evoluta ob stromata demum parum conspicua

huic similior. — Corticola prope Illawarra in Australiae prov. New South Wales: cl. Kirton.

539. *Porina bacillifera* Müll. Arg. Thallus glaucescens, intratus, continuus et laevis, demum subdesquamescens; perithecium immersum, nonnisi apice emergens, completum, fulvescenti-pallens, apice thallo pallidius et ostiolo flavescenti-aurantiaco ornatum; paraphyses numerosae, capillares; asci angusti et 8-spori; sporae valde tenellae, circ. $23\ \mu$ longae, tantum $2\frac{1}{2}$, v. fere $3\ \mu$ latae, baculiformes, subrectae, 3- (v. raro 4-) septatae. — Extus similis *Porinae innatae*, sc. *Verrucariae innatae* Nyl. Pyren. p. 39, sed ostiola alia et sporae aliter divisae et tenuiores. — Corticola ad Daintree River in Australiae prov. Queensland: Pentzcke.

540. *Porina mastoidea* Fée Ess. p. 82, v. *rudis* Müll. Arg. Thallus et prominentiae apotheciigerae undique breviter isidioideo-exasperatae. — Ostiola nigra. Sporae 6- v. rarius 7-septatae, $33-40\ \mu$ longae, $11\ \mu$ latae. — Analoga *Verrucariae rudiusculae* Nyl. Syn. Lich. Nov. Caledon. p. 85, quae erga *Porinam nuculam* se habet ut var. *rudis* erga formam genuinam *Porinae mastoideae*. — Corticola prope Toowoomba in Australiae prov. Queensland: Hartmann.

541. *Clathroporina* Müll. Arg., gen. nov. Omnia ut in genere pyrenulaceo *Porina*, sed sporae parenchymaticae (hyalinae). — Gonidia depauperato-chroolepoidea, cellulae saepe disjunctae, pro parte globosae, aliae autem oblongatae, subirregulares, curvatae, aureo-virides, progenmatione multiplicatae. — *Microglæna* Körb., cui referenda est *Thelenella* Nyl., est genus analogum verrucarioideum. *Dactyloblastus* Trev. Caratt. di 12 nuovi gen. p. 9 (1853) autem, supra *Pertusariam leucostictam* Montgn. conditus, cui dein Massalongo in suo Esam. compar. p. 46 *Microglænam* et species duas asiaticas alienas addidit, et de quo mentionem fecit cl. Körber in Parerg. p. 320, characteribus quibusdam cum *Clathroporina* convenit, sed *Phlyctidi* adscribendum est, *Dactyloblastus leucostictus* Trev. l. c. enim est *Phlyctis leucosticta* Nyl. Enum. gén. p. 117. — Hujus generis sunt *Cl. olivacca* Müll. Arg. et species sequens.

Clathroporina eminentior; *Verrucaria eminentior* Nyl. Syn. Lich. Nov. Caledon. p. 54, in Nova Caledonia.

Insuper *Verrucaria convelata* Krphl. Lich. Becc. p. 52, *Porina pustulosa* ejusd. Lich. Neu Seeland p. 13, et *Thelenella Wellingtonii*

Stirt. Add. Lich. New Zeal. p. 473 huc spectant aut ad genus *Microglanam*, sed specimina non habeo.

542. *Clathroparina olivacea* Müll. Arg. Thallus olivaceo-virens et facile desquamescens (ut in americana *Porina desquamescens* Fée), continuus, laevis, mox rugulosus; apothecia crasse thalino-vestita, $\frac{2}{3}$ — $\frac{4}{5}$ mm. lata, basi effusa, extus cum thallo concoloria, nonnisi vertice ostiolo exiguo leviter prominente aurantiaco-fuscescente nudata, perithecium integrum, globosum, undique in sectione fulvenscens; sporae in ascis octonae, hyalinae, 60—75 μ longae et 13—14 μ latae, transversim circ. 15-septatae, loculi longitrorsum et parte mediana sporae etiam oblique 2—5-locellati. — Affinis *Cl. eminentiori*, et subsimilis *Porinae nuculae*, sed thallus olivaceus v. olivaceo-flavicans, verrucae minus elatae et sporae tenuiores. — Corticola prope Toowoomba in Queensland: Hartmann.

543. *Arthopyrenia gravastella*; *Verrucaria gravastella* Krph. Lich. Becc. p. 48; perithecium dimidiatum est, basin versus (in sectione) subdilatum, nucleus basi latior; apothecia pro parte nitidula et demum vertice paullo umbilicata, non raro ibidemque albescentia. — Corticola ad Toowoomba in Queensland: Hartmann.

544. *Arthopyrenia sulphurescens* Müll. Arg. Thallus sulphurescenti-albidus, tenuis, determinatus, continuus, superficie farinulentus; apothecia circ. $\frac{1}{3}$ mm. lata, nigra, parte circ. dimidia v. profundius immersa, caeterum nuda, opaca, hemisphaerica, apice distincte umbilicata et in ostiolo impresso vulgo albidopulverulenta, perithecium basi deficiens, in sectione basin versus attenuato-evanescens; nucleus basi latus, paraphyses laxae clathratim connexae; sporae in ascis octonae, hyalinae, 4-loculares, elongato-ellipsoideae, 17—18 μ longae, 6—7 μ latae, ad dissepimenta paullo constrictae, loculi breviter cylindrici. — Proxime affinis *A. gravastellae*, a qua differt colore thalli, structura perithecii, sporis longioribus et ambitu angustioribus. — Corticola crescitwoomba i prope Toon Queensland: Hartmann.

545. *Pyrenula defossa* Müll. Arg. Thallus obscure olivaceus, subtenuis, continuus, suboleoso-laevigatus, epidermide translucente tectus; apothecia omnino defosso-innata, nonnisi vertice nigro haud emergente perspicua, tota $\frac{1}{2}$ mm. lata; perithecium integre nigrum, sed inferne tenuius, paraphyses copiosae, asci 8-sporei; sporae fuscescentes, 4-loculares, 22—26 μ longae, 12 μ latae. — Juxta *Pyrenulam punctellam*, s. *Verrucariam punctellam*

Nyl. Pyrenoc. p. 46, et *Pyrenulam crassescentem*, s. *Verrucariam crassescentem* Stirt. On new gen. et spec. New Zeal. p. 19 locanda est. — Corticola prope Toowoomba in Queensland: Hartmann.

Ibidem insuper ab eodem ad cortices lecta est: *Pyrenula convexa*, s. *Verrucaria marginata* v. *convexa* Nyl. in Prodr. Nov. Gran. p. 117, s. *Verrucaria convexa* Nyl. Lich. Husn. p. 23.

546. *Patellaria* (s. *Bacidia*) *convexa* Müll. Arg. Thallus tenuissimus, continuus, laevis, olivaceo-cinereus; apothecia $\frac{1}{2}$ — $\frac{3}{5}$ mm. lata et minora, ab origine convexa, immarginata, obscure fusca, dein atra et opaca, intus pallida; epithecium violaceo-nigrescens, lamina et hypothecium hyalina; sporae hyalinae, 10—15-loculares, circ. 42μ longae et 3 — $3\frac{1}{2} \mu$ latae. — Habitu ad *P. endoleucam* accedit, sed apotheciorum forma est alia et sporae sunt tenuiores. A *P. subproposita* recedit apotheciis intus aliter coloratis et sporis multo magis divisis. Primo intuitu *Pyrenulam* simulat emersam. — Corticola prope Parametta in Australiae prov. New South Wales: Woolls.

547. *Melanographae* sect. *Hemigrapha* Müll. Arg. Perithecia lirelliformia, nigra, basi deficientia. — Hic pertinent praeter alias:

Melanographa (s. *Hemigrapha*) *epigraphella*, s. *Opegrapha epigraphella* Nyl. Syn. Lich. Nov. Caled. p. 55, in Nova Caledonia.

Melanographa (s. *Hemigrapha*) *dichaenella*, s. *Opegrapha dichae-nella* Nyl. Lich. Kurz. Jav. n. 45, in Java.

548. *Melanographa* (s. *Hemigrapha*) *asteriscus* Müll. Arg. Apothecia in thallo alieno (*Peltigerae*) quasi hospitantia, sessilia, modice elongata, subrecta, in asteriscum 12—20-radiantem confertissime congesta, valde angusta, vertice fere indistincte rimigera, atra, nuda, in medio asterisci latiuscule confluentia; asterisci subregulares, $\frac{1}{3}$ — $\frac{3}{5}$ mm. lati v. etiam depauperati; perithecium in sectione obtuse conicum, parietes basi non dilatati; nucleus conicus; asci 8-sporei, apice longiusculo tractu incrassato-solidi, oblongato-obovoidei; sporae 4—8nae, 9μ longae, $3\frac{1}{2} \mu$ latae, 2-loculares, e hyalino fuscae. — Juxta *M. epigraphellam* locanda, valde elegans. — In thallo *Peltigerae dolichorrhizae* in monte Kosciusko Novae Hollandiae austro-orientalis: Findley.

ZOBODAT - www.zobodat.at

Zoologisch-Botanische Datenbank/Zoological-Botanical Database

Digitale Literatur/Digital Literature

Zeitschrift/Journal: [Flora oder Allgemeine Botanische Zeitung](#)

Jahr/Year: 1882

Band/Volume: [65](#)

Autor(en)/Author(s): Müller J.

Artikel/Article: [Lichenologische Beiträge 513-519](#)